



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Federicus Balduinus n. 38

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

doctrina comparari, esque multò imbecillior, quām vt possis tantum certamen cum tam potentibus aduerfarijs sustinere: vnum lacesteris, mille contra te armaueris, qui te voluminibus obruent suis: neque immeritò in concione maledictis in illos abstineo. Ita ille in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 308.

Eorum eie-
ctio soluen-
de obsidio-
nis condi-
tio.

Iij aut ne-
candi, aut
calumnijs
opprimen-
di.

Sedem
Pontifi-
cian ful-
cunt, ac
sustentant.

Moribus
sunt inte-
gerrimi.

Varia de
illis enco-
mia.

34. AB ANGLICANIS, qui obsidionem Anglicanam acriter perurgentes ad cetera hostilia; etiam illud addiderunt: Nullam esse aliam deditonis conditionem, nisi Iesuitis deditis. Idque item ac tertio praecōnis voce pronunciare iusserunt; ut vel hinc apparet, quām inuisum sit Religionis hostibus Societatis nomen. Ita in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 492.

35. A CALVINISTIS, qui inter sua dogmata ad suam Seclam propagandam, sequens enumerant: estque in Ordine 15. Iesuitæ, qui se maximè nobis opponunt, aut necandi, aut si id commode fieri non potest, mendacijs, & calumnijs opprimendi. Hac illi dogmate 15. apud Becan. Tom. 1. opuscul. Theologic.

36. A LVTHERANIS Doctoribus, qui in Schola sua picturam monstrabant Pontificis è sede sua ruentis, quem cum alijs quidem sum vero Iesuitæ tibicinibus seu sustentaculis nescio quibus fulcirent: quam cum illam ostendissent Catholico cuiquam, ille pro hac Diabolum Lutherò arridentem, & congratulantem monstrauit. Sic apud Serarium in calce opuscul. de Lutherò Magistro ad lectorem.

37. A GALLICANIS Ministris Hæreticorum à quibus cum quesitum fuisset de vita Iesuitarum, respondisse fertur, De moribus Iesuitarum nihil esse, quod obloqui quisquam posset. Sic Tom. 3. opuscul. P. Becani quæst. Bataanic. num. 13. & in Apolog. Henrici IV. pro Societ.

38. A FEDERICO BALDVINO appellante Iesuitas subtilissimæ subtilitatis homines, Papicolas, Romanos astellos: Fulcræ Cathedræ Pontificiæ, Lutheri, ac Lutheranorum Flagella vocalia. Cuius (idest Societatis) Dux, & Coriphæus Ignatius Loyola prima Germaniæ labes, atque fax Sacra.

Ita

Ita apud Serar. Tom. 3. Opuscul. de Lutheri Magistro lib. 2.
cap. II.

39. A CONRADO GRATERO Insigni Hæresiarcha : Iesuitæ (inquit) subtilitate, & acumine plus alijs valent : & sunt quasi extraordinarij, & Priuilegiati Papæ defensores. Sic apud P. Bocan. Tom. 3. Opuscul. Theolog. in examine Plagæ Regum cap. 4. num. 41.

40. AB AVGVSTANO, Qui inter varias sectas adscripsit, Canissianos, sive Iesuitas : Hosque (aiebat) inuenito quorundam Cardinalium editos ad excitandum Regnum Papisticum, alioqui iam penè collapsum. Sic Par. 2. Hist. Societ. lib. 1. n. 108.

41. A VALLIS TELLINÆ Hæreticis Nostrorum expulsio nem inde statuentibus sequenti decreto : Iesuitæ ex vniuersitate Grifsonum ditione, ut qui hostes Euangelij nostri sint, quam primum pedem efferant. Ibid. lib. 5. n. 103. Et lib. 7. n. 54. Alios video Hæreticos palam profitentes Pati non posse Euangelij sui cursum Iesuitarum obiectu retardari.

42. A IACOBO Britania Rege Hæretico Schismatico, qui Ranunculus Societatis Alumnos dicebat esse Ranunculas pro Pontifice coaxantes. Probrum sati nobis perhonorificum. Ita apud Suar. Tom. de defensione fidei lib. 5. cap. 20. n. 7.

43. A DORDRACENO Confuse Siluaducensi, qui postquam interfuit Nostrorum Catechismo palam professus est, Societatem docendæ iuuentutinatam esse, & per solas Patriæ leges stare, quo minus suos ipse liberos in disciplinam nostram traderet. Ita apud Imag. I. sec. Soc. lib. 6. fol. 770.

44. A LVCA GORCA Palatino, qui homo erat extra hæreticis Ansim minime malus : hic dum Hæreticum Ministrum adhortatur ad vitam componendam, quo posset non industria solum, verum etiam terris ducentur auctoritate sustinere Iesuitarum impetus : ac leviter increpat, ipsorum iubens intueri Iesitarum exemplum, afferens, illos Angelicam vitam in terris ducere. Sic Par. 3. Hist. Soc. lib. 7. n. 48.